BEDA VENERABILIS
Salzburg, St. Peter, 1. Viertel 9. Jh.
Seite 133
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38278
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek

uoluit peccatoris ut veniat optare dicens. Exita potentia tua & veni ut saluos faciens nos dño.
quippe cum pharisaeo manducare est decredentes populi devotione mentis gaudia suscipere.
Unde ipse alibi credentur samaritanis discipulis ait. Ego cibum habeo manducare quem vos
nescitis. illisque hesitantibus quid dicere exponens ait. Meus cibus est ut faciam voluntatem
eius qui me misit ut perficiam opus eius. & ingressus inquit domum pharisaei discubuit.
Domus pharisaei ipsa legis peritorum quae custodia est in qua se populus iudaeorum
mansionem continuae conversationis habere gloriabatur quam dñs ingressus est
quia tempore illo ter in carne apparens non venit solvere legem aut prophetas sed adimplere.
discubuit autem quia qui in sublimitate suae maiestatis intellegi non potuerat formae ser
vilis humilitatem quam videri possit adsumpsit. Cognovit itaque mulier quae erat in civitate
peccatrix quia accubuit in domo pharisaei quia gentilitas in mundis prius actibus in seculi
conversatione devincta fama sermonis apostolici didicit. ut misit dñs filium suum fac
tum ex muliere factum sub lege ut eos qui sub lege erant redimeret. atque in domo pharisei
non pharisaeus sed illa iustificatur. Dum populus iudaeorum litteram tantum legis.
Nos autem & gratia spiritus in lege sequimur. Illeitum non est prophetam eo quod peccatores reci
piat aestimat. Nos vero hunc dñum verum qui peccatores iustificare possit agnoscimus.
Attulit autem mulier alabastrum unguenti, quid in unguento nisi bonum odor opinio
nis exprimitur. Unde & paulus dicit. xpi bonus odor sumus do in omni loco.
Silentium recta operis agimus quibus opinionis bonae odore ecclesiam respergamus. Quid
in dñi corpore nisi unguentum fundimus sed secus pedes mulier stetit. Contra pe
des enim dñi stetimus cum in peccatis posita eius tenebris tenebamur. sed si adventum
paenitentiae post peccata convertimur iam retro secus pedes stamus quia eius vestigia
sequimur quae in pugnabamus. Lacrimis mulier pedes rigat. quod nos quoque ve
ritatem agimus. si quibus ultimis membris dñi per compassionis affectum inclinemur.
si cum eius in tribulatione compatimur si eorum tristitiam nostrem putamus. Capillis mu
lier pedes quos rigaverat tersit. Capilli quippe superfluum corporis. & quid abun
dans terrena substantia nisi capillorum speciem tenet. quaedam ad usum necessi
tatis superfluit. & iam abscisa non sentit. Capillis ergo pedes dñi tergimus quando scis
eius quibus ex caritate compatimur. & iam ex his quae nobis superfluunt miseremur. qua
tenus si mens per compassionem doleat ut & iam manus larga effectum doloris ostendat.
Osculatus mulier pedes quos tergit. quod nos quoque plene agimus si studiose diligimus.
quos ex largitate continemur. negotiis nobis sit necessitas proximi ne ipsa eius in
digentia quae sustentatur fiat onerosa. cum tributur necessaria manus animus adi
lectione corpescat. potest quoque per pedes ipsum mysterium incarnationis eius intel
legi. quod divinitas terrae tetigit quia carnem sumpsit. Verbum enim caro factum est.